omnia & ſemper. At non liceret accommodare ad lapidem enuntiatum hunc in modum conceptum, homo non eſt iuſtus. Abſurdũ enim eſſet dicere lapis homo non eſt iuſtus. Ad hæc, ex eiuſmodi collocatione τῶν ὅρων, rectè intelligitur cui ſit præponenda particula negans. Nam ſi non adſit nota vniuerſalis, verbo præponetur: ſin adſit, notæ ipſi vniuerſali præponenda erit.

CAPVT X.

De oppoſitionibus enuntiatorum, ſiue finitum, ſiue ἀόριςον ſit ſubiectum, ſiue (eſt) ſit tertium, ſiue verbum quoddam ſit duorum κειμένων alterum.

SVbiectum æquè atque τὸ κατηγορούμενον ſeu prædicatum, poteſt eſſe ἀόριςον. Ac affirmationes duæ poſſunt conſtitui perſtante ſubiecto infinito. Vna, ſi ſubiectum ſit quidem infinitum, ſed prædicatum finitum: vt, eſt iuſtus non homo: cuius negatio eſt: non eſt iuſtus non homo. Altera, ſi nõ ſolùm ſubiectum verum etiam τὸ κατηγορούμενον ſeu prædicatũ ſit infinitum. vt, eſt non iuſtus non homo: cuius negatio eſt: non eſt non iuſtus non homo. Non poſſunt eſſe plures oppoſitiones enuntiatorum. Neq; mens hominis ampliùs diuidere poteſt, neq; enuntiando porrò pergere poteſt διάνοια. Eſt enim, tanquam vltima linea, cùm negatur τὸ κατηγορούμενον infinitum de ſubiecto infinito: ὅτι ἡ ἐς ἀκλέος ςηλᾶν τὸ πόρσω δ' ἐςὶ σοφοῖς ἄβατον, καὶ ἀσόφοις, inquit Pindarus. neque πορρότερον in enuntiatis patet vſus axiomatis: κατ' παν-

Enũtiata negãtia quorũ ſubiectum & prædicatũ ſunt ἀόριςα: ſunt veluti colũna Her.